Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift



neglegentioribus illum proponens sequendum. Vidimus aiebat nostra
etate quendam strennuissime nobilitatis iuuenem infra an
nos adolescentie ita omnis monastice religionis subito ar
ripuisse perfectionem ut alicui ex prioribus similis. immo equalis
per omnia dignissime iudicetur. Sed licet hec beatissimus domnoque dilec
tissimus Maurus. ac nonnulli ex fratribus de eo sanctissimi ore Benedicti
proferri scirent. nunquam tamen ille pro hoc uicio succubuit iactan
tie. ardua semper et sanctiora appetens. et toto conamine de
uirtute in uirtutem proficere studens.

In uno quoque ex monasteriis que beatus Benedictus edificauerat
quidam monachus erat. qui ad orationem stare non poterat. sed
mox ut se fratres in orationem dedissent. ille continuo mente
ceca oratorium egressus. terrena quelibet et uana medita
batur. uanitati et leuitati instinctu demonis quem sequebatur
operam dans. Et cum ab abbate suo sepe fuisset admonitus.
nec se ab hac uellet corrigere uanitate. ab eodem abbate
beato Benedicto adductus est. Cunque ab eo uehementer incre
patus fuisset. ad monasterium regressus. uix biduo uiri dei
admonitionem tenuit. Nam die tercia ad usum proprium reuersus.
uagari tempore orationis cepit. Quod cum iterum uiro dei
nunciatum fuisset dixit. Ego ueniam. et per memet ipsum eum
emendabo. Cunque uenisset. et se fratres orationi dedissent. aspexit
quod ille monachus qui ad orationem stare non poterat. a quodam
nigro puerulo per uestimenti fimbriam foris trahebatur. Tunc
uenerabilis pater Mauro famulo dei. et pompeiano ipsius
monasterii patri dixit. Nunquid non aspicitis. quis istum monachum
trahit. Qui dixerunt. Non. Et ait. Oremus ut etiam uos
uideatis. quem iste sequitur monachus. Cunque biduo fuisset ora
tum. Maurus monachus uidit. pompeianus autem uidere non potuit.
Vir autem domini altero die oratorium egressus. stantem foras monaste